

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Tit. XXV. De Inivriis Corpvs Afficientibvs Praesertim De Alapa Et
Vvlneribvs.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011

TIT. XXV.

DE

INIURIIS CORPVS AFFI-
CIENTIBVS PRAESERTIM DE
ALAPA ET VVLNERIBVS.

§. CCCX.

Qui alii inflixit alapas, reus est iniuri- Alapæ in-
arum, & si dolo malo illud fece- flictae
rit, *criminis iniuriarum*. Contra (1) qui
nimio amore ducti amasiæ, aut (2) alii
iocandi, se suaque bona z) defendendi,
uel corrigendi & emendandi animo, aut
(3) buccas percutiendas sponte præuioe
pacto præbentibus, aut (4) iis, a quibus
uocati sunt mendaces, & cætera a) &c.
influxerunt alapas: criminis iniuriarum
uix erunt rei.

§. CCCXI.

Qui alicui inflixit alapam, regulariter pœna &
mulctam soluere, & alicubi alapam aliam a
carnifice pati b), tenetur. Quoties uero
delinquentis malitia paret singularis c), aut
iniuriati dignitas summa, aut locus deli-
cti sanctus est priuilegiatusque, aut alapæ
plures diuerso tempore inflictæ d): to-
ries

L 3

z) STRYK d. de a- c) Id. c. IV, nr. 44.
lapa c. III. nr. 5. d) BERGER *El. Iur.*
a) Id. c. I. nr. 6-8. Cr. p. 90. MATTHÆI
b) Id. c. IV. nr. 63. de crim. p. 135.



ties carcer, relegatio, immo fustigatio dictatur, non uero capitalis poena, si uel maxime clericis, magistratui*, parentibus &c. e) alapas inflixerint laici, ciues, liberi &c. Sola alapa principi inflicta capitalis est.

* Qui uero iudici aut cuidam doctori ecclesiae, munus suum suo loco & tempore tuenti infligit alapam, qua muneris executio impeditur, ex uniuersali fere germaniae consuetudine gladio punitur.

§. CCCXII.

retorsio.

Alapas retorquere potes, non tamen gladio, nisi famam uitamue ab iis aliter defendere nequeas f). Sic explicanda erit germanorum parcemia: Auf eine Mauschelle gehöret ein Dolch g).

§. CCCXIII.

Quæ uul-
nerum di-
uisio in le-
gibus anti-
quis &

Vulnera sunt uel *lethalia* uel *non lethalia*, quorum illa uel per se* uel per accidens *lethalia*** ; hæc uero uariis nominibus u. c. *athargrati*, *bunislegi*, seu, ut rectius scribitur, *bulislegi*, *pulslahi*, *puleslac*, *pulislac*, *puleschlach*, *dolg*, *gebulskini*, *brefawunt*, *bropant*, *infanc*, *marcbzan* &c. uocata, & suo i. e. pro periculi magnitudine, & uulnerati dignitate determinato, pretio

e) BERGER c. l.

g) HERT. lib. I. pa-

f) STRYK c. d. c. IV. nr. 17.

raem. 100. PISTOR cent. I. par. 61.

pretio antiquissimis legibus *b)* æstimata probavit POLAC *i)*).

* Quibus cerebri, cordis, epatis, pulmonum aliasque læsiones annumerant Exper. TEICHMEYER *Institut. med. legal.* cap. 22. seq. BOHNIVS *exam. uuln. lezbal.* sect. 1. c. 3. seq. VALENTINI *ff. medico-legal.* p. 11. sect. 1. §. 8. Troppanneger *decif. medico-forens.* dec. 1. cas. 3. dec. 5. c. 7. dec. 6. cas. 3. & alibi. WELSCHIVS *de rationali uuln. lezbal. iudicio.*

** Vt si uulneris deligatio fuerit intempestiua, aut illius curatio negligens &c. SCHROETER *de eo quod iustum est circa uulnera* §. 39. Quid medici in qualitatem uulneris inquisituri attendere debeant? nos docet ALBERTI *comment. in C. C. C.* p. 322. seq.

§. CCCXIV.

I. P. Saxonicum (1) uulnera non le- in I. P. S. ?
thalia distinguit in beinschrötige, fleisch,
Kämpfer und offene Wunden *k)*, illisque ad-
dit Löhmde und Schandmahl; (2) damna
iis data æstimat wergeldo *l)*).

§. CCCXV.

Pœna, qua is, qui alterum dolo malo Ad quid
uulnerauit, adfici solet, *arbitraria* est, iudici &
mox carcer, mox relegatio, mox multa
L 4 pecu-

b) L. Sal. tit. 19. L. Baiuar. III, 1, 1. Alam. 59. seq. Longob. 1, 21, 5. Sax. 1, XI. L. Angl. tit. II. seq. XVI. seq. *i)* Syst. Iur. Germ. ant. III, 6. *k)* 1, 68. CARPZ. *pr. crim.* q. 99. nr. 21. seq. *l)* II, 16.

pecuniaria *m*). Potest autem ea ad suffigationem *n*), immo ad capitis pœnam extendi *n*).

§. CCCXVI.

uulnerato
uulnerans
teneatur
hodie?

Præterea uulnerans uulnerato tenetur (1) ad id, quod *interest*, siue (a) ad restituendam *mercedem* medico uel chirurgo præstitam, (b) ad præstandum *doloris** & (c) *operarum* uulnere impeditarum *pretium*; (2) ad *emendam* seu æstimationem mutilati membri uel corporis**, utpote deformitatis, cicatricum &c. *p*).

* Dolorem æstimat uulneratus, perpendens, *partem* corporis, ex qua hauritur, nec non *tempus*, per quod durat, dolor. Aestimationem doloris factam uulnerans minuere potest præstito iureiurando minorationis, MULLER d. de pecunia doloris c. III. th. 4. seq.

** Vulnerum quidem diuisio non uero membri mutilati æstimatio eadem, atque olim, hodie in foro Saxonico adhuc obtinet CARPZOV *pr. crim.* qu. 99. nr. 21. seq. BERGER c. I. p. 89. FROELICH p. II. p. 395.

TIT.

m) CARPZ. c. I. nr. 56. seq.

n) SCHROETERI d. de eo, quod circa uulnera iustum est. §. 96.

o) BERGER c. I. p. 90.

p) NITSCH de æstimatione c. IV. th. 7. LVDOVICI d. de eo quod iustum est circa pulchritudinem §. 33. seq.

TIT. XXVI.
DE DVELLO

§. CCCXVII.

Duellum est certamen duorum armis ^{Duellum,}
serio * susceptum.

* Hic itaque sermo non est de dimicatione exerci-
tii, solemnitatis uel delectationis gratia facta, aut
de illo speciatim pugillatu, quem suscipiunt ita di-
cti *Feder-Fechter* und *Marcus-Brüder*.

§. CCCXVIII.

Distribuitur in *iudiciale* & *extraiudicia-* ^{si non iu-}
le. Illud, quod olim solemniter susci- ^{diale,}
piebatur*, atque in iudicijs Dei occul-
tis erat *q*), a Sec. XIII, quo uariæ ciui-
tates id priuilegii consecutæ sunt, ut ne-
mo ciuium in iudicio duellico conueni-
retur *r*), raro, & post medium Sec. XV.
a nemine amplius probatum est *s*).

* I. P. S. I. 49. 63. *Weichb.* c. 35. 79. 80. 81.
Spec. Sueu. c. 170. seq. *Kampf = Gericht des*
Burggrafthums zu Nürnberg. Vid. *VISCHE-*
RUM de iure duell. p. 218. seq. *Kampf = R.*
am Land-Gericht zu Francken ap. *Eund.* p. 250.
seq. *MUNSTER Cosmograph.* V, 248.

§. CCCXIX.

Extraiudiciale, quod antiquitus proba- ^{tamen ex-}
L 5 ^{runt} *traudiciale*
^{delictum}

q) *VISCHER de iu-* *r*) *DATT de P. P. I,*
re duell. pag. 47. seq. *I, 34. seq.*
KLUGKIST de ueris
duellor. limit. sect. II. *s*) *GOLDAST. T. I.*
§. 11. seq. *constit. imper.* p. 315.

est, quod